ne aliqua parte eos defraudare viderer, duos sextarios vini in memoriam pristine refectionis in eodem natali sancti Stephani, sicut a me postulaverant, ipsis annuatim ab ecclesia dari in perpetuum institui. Ut hanc mei et conventus jussionem nulla in posterum possit cassare calumnia presentem chartam sigilli beati Willibrordi nostri appensione confirmare decrevi.

Beschreibung des Siegels: Sigillate sunt huius copie littere originales in cera subrufa sigillo sano, integro et illeso.

244.

Abt Reiner von Echternach bekundet eine Getreide- und Weinstiftung an die 12 Brüder, genannt Mijselere, [im Spital] zu Echternach.

Echternach, 1236[a].

Abschrift in der HS. 29, 22a, f. 96' (Codex Bertels), auf dem Staatsarchiv zu Luxemburg (B).

Reijnerus, Dei gratia abbas Epternacensis, universis presentem cedulam intuentibus notum facimus, quod nos tenemur duodecim fratribus qui vulgo Mijselere nuncupantur, de ipsorum decima in Erntzo et agris in Bedelingen modium tritici persolvendum eisdem in festo Thome apostoli necnon et tres sextarios vini de vinea fratris Winteri persolvendos in festo beati Stephani. Ne vero processu temporis predictis redditibus possint defraudari, presentem cedulam sigillo nostro roboratum ipsis dedimus ad munimen.

Actum[b] Epternaci anno 1236[c].

---

244. a) Auf der Kopie irrtümlich 1296, da Abt Reiner von 1231-1242 nachgewiesen wird; s. *Catal. abb. Eptern. II = Monumenta Germ. Scriptores*, XXIII, S. 34. S. auch *Urkunden- und Quellenbuch*, VIII, nr. 30 und 47. Ob 1236 stimmt, muß dahingestellt bleiben. b) In der HS. irrtümlich *anno*. c) Zum Datum s. unter Anm. a. — Danach die Anmerkung zu den Siegeln: *Sigillate sunt huius copie littere originales sigillo prefati domini abbatis in cera subalba. Est tamen valde fractum.*